

# INCIPIIT PRACTICA MAGISTRI RAY- UNDI LULLI SUPER LAPIDE

Philosophico. Et primo definitio, quæ  
res est, seu quæ scientia, vel ars  
Alchymia.

## C A P. I.

**A**lchymia est una pars naturalis philosophiæ oc-  
cultæ cœlica, magis necessaria, quæ constituit &  
facit unam artem & scientiam, quæ non omni-  
bus est nota, & docet mundare & purificare o-  
mnes lapides preciosos, non perfectos, sed deci-  
s, & ponere ad verum temperamentum, & omnia huma-  
corpora lapsa & infirma restituere, & ad verum tempera-  
mentum reducere ad optimam sanitatem, & etiam trans-  
mutare omnia metallica corpora in veram lunam, postea in  
verum solem, per unum corpus medicinale universale, ad  
quod omnes medicinæ particulares reductæ sunt, & fue-  
runt. Et per quod integratum & factum per unum manuale  
regimen revelatum est philosophiæ filiis perfectis, median-  
tibus ignis calore, respectu sex latitudinum caliditatis, quæ in  
rebus principaliter reducuntur. Primus vocatur Hebetatus, &  
prohibet & defendit motum naturæ integram. Et id-  
em ducit & inducit putrefactionem in rebus mixtis, sine  
putrefactione venire non potest animatio in rebus ele-  
mentatis. Secundus calor est calor excitatus cum calore  
moderabili vivificationis, & hic calor ducit & inducit genera-  
tionem & multiplicationem: Tertius est calor excessivus &  
mortalis, qui destruit omnes sensus & instrumenta instin-  
ctus, & appetitus naturales, per quos fiunt corruptiones, ge-  
nerationes, & multiplicationes. Fili hæc scientia appellatur  
magis regalis, per quam intellectus humanus rectificatus est,  
in experientia, respectu oculi, & veræ notitiæ, cum experi-  
entia suæ pati non possunt aliquas probationes phantasti-  
as, sed omnes alias scientias vivaciter intrare ostendit intelle-  
ctui, quomodo habet virtutes divinas penetrare, quæ vel adæ